



# Danskernes Historie Online

Danske Slægtsforskeres Bibliotek

**Dette værk er downloadet fra Danskernes Historie Online**

**Danskernes Historie Online** er Danmarks største digitaliseringsprojekt af litteratur inden for emner som personalhistorie, lokalhistorie og slægtsforskning. Biblioteket hører under den almennyttige forening Danske Slægtsforskere. Vi bevarer vores fælles kulturarv, digitaliserer den og stiller den til rådighed for alle interesserende.

## **Støt Danskernes Historie Online - Bliv sponsor**

Som sponsor i biblioteket opnår du en række fordele. Læs mere om fordele og sponsorat her: <https://slaegtsbibliotek.dk/sponsorat>

## **Ophavsret**

Biblioteket indeholder værker både med og uden ophavsret. For værker, som er omfattet af ophavsret, må PDF-filen kun benyttes til personligt brug.

## **Links**

Slægtsforskernes Bibliotek: <https://slaegtsbibliotek.dk>

Danske Slægtsforskere: <https://slaegt.dk>

DE

SIMILITUDINE LINGVARUM

TANQVAM

OPTIMO EAS PENITUS FACILIUSQVE  
PERCIPIENDI PRAESIDIO EPISTOLA

QVAM

PUBLICO, QVOD IDIB. SEPTEMBR. AGETUR, EXAMINI  
PROLUSURUS

LOCO PROGRAMMatis CONSCRIBEBAT

*ERICUS PETRUS ROSEND AHL*

SCHOLÆ FREDERICIANÆ MAGISTER PRIMARIUS.

AUDEAMUS IMITARI STOICOS, QUI STUDIOSE INQVIRUNT, UNDE VERBA SINT DUCTA.  
*CICERO.*

H A U N I A E 1824.

TYPIS DIRECTORIS JANI HOSTRUP SCHULTZII,  
AULÆ ET UNIVERSITATIS TYPOGRAPHI.

*Nyborg Cathedralskole*

Carissimis mihi adolescentibus  
*Ludovico Jensenio Nicolao Schierning*  
*Birgero Riisbrigh Langhoff*  
*Jano Frederico Winstrup*  
Scholæ Fredericianæ Restauratæ  
Primitiis

S.

**E**lapsum est tempus, qvo mihi datum erat, animos vestros, juvenes dilectissimi, religionis, virtutis et literarum elementis imbuere, qvo mihi nil prius in votis aut conaminibus erat, qyam mentem vobis sanam in corpore sano efformare, et, qvoad per imbecillitatem virium licebat, earum fundamenta artium jacere, qvibus, ut præclarus ait Muretus, si qvis utilitatem seqvatur, nihil fructuosius, sive oblectationem, nihil svavius ac jucundius, sive splendorem ac pulcritudinem, nihil illustrius aut ad struendam nominis immortalitatem firmius ac stabilius reperiri potest. Relinqvenda jam hæc schola est, ubi per sex integros, et qvod excurrit, annos docenti mihi, interpretanti, corrigenti, hortanti deniqve et monenti, aures commodastis patientes. Ex umbris scholæ in lucem nunc et conspectum hominum prodibitis, ut ipsi, experientia edocti intelligatis, qvid prosint illa, qvæ hic didicistis, ut altioris subselliæ arbitris factum hic profectum et cognitionem acqvisitam probetis, ut et vestri simul et mei faciatis periculum.

Qvid mihi hæc reputanti putatis esse animi? Nonne pectus mihi intime commoveatur necesse est? Nonne omnia qvævis anxie qvodammodo conqviram, qvibus manentem in animos vestros impetum facere, et ad sedulitatem, soller-tiam, gnavitatem et curam circumspectam cohortari valeam?

Imo numine summo fretus, et securus adeo, ne vos, carissimi, qvid simus et qvid victuri gignamur obliti, a via aberretis recta, nec qvid commitmentatis, qvod vobis, qvod literis, qvod magistro eset indignum, non amplius monitis vos et cohortationibus morabor, sed modo, anteqvam vos ad scholas amandavero altiores, semel adhuc paucula eorum qvædam in memoriam revocabo, de qvibus sæpius inter legendum disferuimus, si qvid forsan bonæ inde frugis in posterum qvoqve eruere positis. Probe enim nostis, in schola fundamenta solum jacta esse, qvibus postea solidior cognitio, notiones clariores et intelligentius deniqve judicium posint superstrui. Qvamvis itaqve leviuscula sane hæc sunt, qvæ hoc loco afferre vel innuere potius placuit, æqvinon eo minus boniqve consulere velitis rogo, sperans fore, ut melioribus me ducibus, et auspiciis olim secundioribus, hæc qvoqve, qvaliacunqve sint, ad usus qvando vestros adjungatis.

Ex iis, qvæ hucusqve edocti estis, lingvæ antiquæ primam sibi partem merito vindicant, iis enim plurimum temporis studijque tribuistis. At lingva qvævis, sive vetus sive recens, verbis modo et vocabulis continetur h. e. sonis, qvibus nomina rerum et animantium cum proprietatibus suis et attributis, actiones vel perpessiones indicantur, et qvæ cogitaverint unqyam homines, senserint, finixerint, vel singulæ notiones vel enunciations integræ audientibus impertiuntur, aut, literis commisso, cum legentibus communicantur. Inter ipsas vero notiones et verba, qvæ nihil aliud sunt nisi signa notionum, inter res ipsas et rerum parandarum adminicula, mirum qvantum distat. Fuere igitur, qui operosam hanc lingvarum discendarum sedulitatem, levem satis et utilem parum judicaverint, meliusqve longe collocari tempus juvenile, si in solis rebus et scientiis ipsis percipiendis, illustrandis, religendis versarentur adolescentes, qvam in lingvis et scientiarum præsidiis tractandis et discendis. Qvorum opinionem non hujus loci est refutare; fecerunt et alii, ijqve præstantissimi et summæ autoritatis viri. Et nolo eqvidem noctuas Athenas.

Verum enim vero cum tanta hodie sit rerum a juventute studiosa percipientiarum moles, et scriptorum, qvæ cognoscere tamen oportet, multitudo in dies augeatur, operæ sane videtur pretium esse, si pernecesarium illud lingvarum plurium discendarum opus levare, et justo uniuscujusqve tradendæ

ordine et tempore servato, jejunum simul quam minime ac siccum discentibus reddere posis. Id autem efficies, si non præcipue memoriam, sed judicium et intelligentiam acumenque ingenii, in linguis tam docendis quam descendis, exercetas; quo enim plures animi vires et nervi in discendo occupantur, quo magis totum quasi animum ad rem percipiendam intendis, eo magis detinetur erectius quodvis ingenium et oblectatur, eo altius res tradita penetrat fixaque inhæret. Exemplum habetis in lingua Latina et Gallica, quarum si utraqve, nulla habita fontis sui ratione, traditur, si illa absque omni cum sermone Græco, hæc sine ulla cum sermone Latino comparatione docetur, quod persæpe fit, aridior multo evadit institutio, longe difficilior perceptio.

Sed hoc non modo de singulis talium lingvarum valet vocabulis a se invicem deductis et formatis, quorum nativa quædam similitudo in oculos statim se ingerit, et in quibus factas sensim terminationum et formarum mutationes, aut mollitie morum aut barbarie, aut temperie etiam coeli et situ regionum procreat, jucundissimum inquisitu est; verum etiam de diversissimis alias sermonibus, quorum tam perspicua nulla amplius intercedit similitudo, aperta cognatio nulla. Si enim genuinam verborum præsertim compositorum significationem accurate spectemus, reperiemus mox miram quandam apud remotissimos populos cogitandi et cogitata exprimendi eloquendiique congruentiam. Eadem mentis vis ubique potentiam suam exseruit, eadem ubique figurarum et translationum necesitas, isdemque adeo sæpe componendorum et imaginum delectus. Quod variis quam maxime viis indagare quid savius? quid ad indolem ingenii humani perspiciendam utilius? quid ad lingvarum naturam, originem, nexus structuramque penitus cognoscendam efficacius?

De hoc itaque, petitis ex vernacula et latinis græcisque, quos jam legistis, autoribus, exemplis, paucula, sultis, accipite. Exempla in immensum cumulare vobismet erit facillimum. Nobis rem fusius tractare nunc quidem nec opus fuit, nec per penuriam temporis licuit.

Consilium itaque non erat, singulam singulorum verborum similitudinem et cognitionem adeo exteriorem demonstrare, sed effatorum potius nonnullorum et inditarum vocabulis notionum, quin et formarum quarundam in linguis illis veteribus occurrentium, quibus respondere mihi videntur domestica mul-

ta, qvorum cum istis consensus non ubiqve notatur, semel vero notatus memoriæ non facile excidit, et, si ego qvid video, commodam tamen tironibus in interiores lingvarum recessus viam aperit sternitqve. Jamqve en exempla, qvæ absqve certo ordine, ut qvæqve se mihi offerebant, ita eligere conabar, ut ad verbum, qvod hic necesse erat, danice verti possent; ita enim ipsissima demum vocabulorum vis optime perspicitur, eaqve intellecta, translata significatio per se patet, ut: constantia Bestandighed, præstantia Fortrin, securus (sine cura) sorgles, tutus (tuitus) beskyttet, sikker, a tueri have Øje med, vaage over, jungi at spændes, (jugum Spand, Dragt), rustici olim de marito et uxore dicebant: baasøs, disjunctus usamdrægtig, conjunctim eendrægtig, contentus (contineo) indskranket til, nejet med, proles (pro — olesco) Øpvært, Øngel, ideo og det for det, propensio (pendeo) Hæng, præbeo (præhibeo) frembyder, nullus (ne unulus) ikke een eneste, posideo (porro sedeo) besidder, dominare beherske, nuper (noviper) nyligen, moderatus maadelig, modestia Maadehold, facilis gjerlig, antiquus (ante, anticus) fordums, convenire, conventum, komme overeens, Overeenskomst, promere (proemere) fremitage, manifestus haandgribelig, labor (λαβω, λαμπάρω) Foretagende, sincerus (sine cera) usminket, profundus bundless, eminus (e manu) fra Haands, cominus ved Haanden, colonus (colo) Alderdyrker, capio, percipio fatter, opfatter, utilis brugelig, arrogans, arrogantia animossende, Anmasfæsse, concedo indremmer, invenire komme paa v: over, explicare udfolde, perfectus fuldsert, deliberare (libra) overveje, dubium (duo) Twivl, Zweifel, despicere oversee, triplex trefoldig, interitus, exitium Undergang, Udgang, excidium Ødelæggelse, Udrydelse, accidit falder ind, stat promislis staer ved sit Løfte, procul (porro oculus) ude af Sigte, necesse (ne cedo) uundgaaeligen, simplicitas (sine plica) Genfold, insignis (signum Merke) udmærket, prodest mihi det er for mig o: til min Nyte, utilis utæt, vastare (vastus) lægge øde, avaritia (aveo aurum) Gudssterft, collatio Sammenstilling, virium contentio Kraftanspændelse, liqvæt mihi det flyder for mig, perversitas Forvendthed, loculi Lædife, condonare tilgive, ignoscere lade uvindende om, prohibere (porro habere) forholde, fraholde, qvemadmodum ligerviis, illico (locus) paa Stedet, extemplo (ex tempore díminut: ex tempulo) paa Øjeholffet, armentum (aro) Ølouggvæg, commodus tilmaade; sic apud Horat: mihi commodus uni, excusare (causa Sag, Skyld) undskynde, frigus colligere

samle Kulde o: Forkjølelse, introrsum (intro versum) indvendig, extrorsum etc. scilicet kan jeg vide, propugnare forfægte, prudentia (providentia) Forsynlighed, ex improviso uforvarende, illustrare (lux) oplyse ic. ic.

Vultis græca? ἐξιτηλος (ἐξιέναι) forgængelig, ὑπερτιθεμαι overlägger, ἐνταμένως anstrænget, ἀνειμένως esterladen, εὐ ήζειν τινος komme godt ud af det v: fra noget, σπερχθεις (σπέρχω bringer, driver) opbragt, πεταφρονεῖν foragte, ἀπείπομαι frassiger mig, περιέχεσθαι holde sig til v om, ἄπτω (de igni) fænger, εὐέστω Velværen, Velstand, προίσημι forestiller, ἀναφέρομαι kommer til mig selv, ἐπιτίθεμαι lægger mig efter, ἐπιτρέπομαι henvender mig til, οἱ προσήκοντες påarørende, προσήνει μοι det tilkommer mig, ἐν η ν ὅτε ἐν der var aldrig dengang, da jo, σύμφωνος overensstemmende, συμφρονέω samtykker, συντίθημι sætter sammen, utroqve sensu: digter, ophidser, ἀγανακτέομαι, ἀχθομαι besværer mig meget over, ὥρθως retteligen, ἐπανορθών τινα rette nogen, ὀλιγωρία Ringeagt, ἡρτηται er afhængig af, ὑποκύπτειν tivi bukke under for, ἀνὰ χρόνος med Tiden, προχωρεῖ det gaaer frem v: an, ἐφ ἔαυτῶν for sig selv, ἐφίσημι forestaaer, ἐπίσαμαι (Herod.) forstaaer mig paa, ἀνεπισκέπτως ubeseet, παραβάνω overtræder, το ἀποβαίνον Udsaldet, Udgangen, σφατηγός Hærfører, οἰκονόμος Huusholder, περιφραδέως (φρὴν ḥu) omhyggelig, ὑποδέχομαι paataager mig, idem ac ἀναλαμβάνομοι overtager mig, ἐνίσαμαι ἐς ἄρχην indsetter mig selv i Regjeringen, ἀνέδραμον (Herod. I. 66.) løb op o: crevit, sic et I. 91 ἐδέν eodem sensu ac in sermone qvotidiano nostrates, per abusum, "intet" pro "ikke" dicunt nisi, i ingen Henseende, vertere mavis. Herod. II. 92. ἐς ἄλλο τι τράπεσι anvende de til noget andet et cap. 149. παταβάλλει τάλαντον ἀργυροίς ἐς ic., kastet en Talent Sølv af sig om Alaret, μοίρα Deel, beskikkede Deel, ως ἐοίνε som det lød, διαπίπτειν falde igjennem, ἐπισχεῖν holde inde, standse, φίξω rodfæster, ex. gr. η τυράννις, οἰρος (οἴω fero) Drift, ἐπιράγιον Tilmad, ἀναβεσέω er overhorig, παραχρήμα paa Gjerningen, paa Stedet, ὑπάτος (ὑπὲρ) en Øverste, ἐπιέναι omgaaes, Herod. I. 74, συμβάσεις isgyndai ἐν ἐθέλεσι συμμένειν ville ikke blive varige, et sic innumera.

Particulas negandi ᾱ, δυς, νε, νη, danica, ut nostis, u, van, mis, meen, fere consentiunt, velut et terminacioni abverbiorum loci τι et s congruit danicum"ē" v. c. ude, hjemme, borte, oppe, nede; θεν autem græcum exprimit nostrum fra, indefra, udefra, oppesfra, himmelsfra, hjemmesfra, et θε tandem atque

et respondet in vernacula vel omisum "e", ut: *ind*, *ud*, *hen*, *bort*, vel adjec-tum "ad", ut: *hjemad*, *fremad*, *tilbagead*.

Quin et verbis *τυγχάνω*, *φθάνω*, *διατελέω*, vim adverbii apud alia verba habentibus, similia qvædam mihi reperire videor in nostris ligger, sid-der, staer, gaaer, træffer, løber, excepto, qvod non idem ac græca illa de-notent, nec illorum instar participiis, qvorum vernacula refugit usum, adjun-gantur v. c. 1) han ligger og lurer, ligger og dover, ligger og skriver, ligger og ru-ger, ligger og drøfker. 2) sidder og holder huus, sidder og lever godt, sidder og staer sig igjennem. 3) staer og vaaser, staer og lyver, staer og praler, staer og gotter sig. 4) gaaer og driver, gaaer og neler, gaaer og bider sig ind, gaaer og forfører. 5) traf juſt at komme, traf juſt at være der, øs ētuze som det kunde træffe. 6) løber og vimser, løber og hærer Nyt omkring, løber og gjer Øppartning. In qvibus significationem qvandam calliditatis, desidiæ, cunctationis, ostentationis et ineptæ omnino sedulitatis non sine mixtura contemtus commemoratæ latere, nemo facile ne-gabit.

De verbis effatisqve hæc hactenus. In leviora forsan exempla incidi, sed spero tamen, ex qvibusdam saltem cerni posse id, qvod volui. Neqve aliud hic mihi constitutum erat, nisi viam vobis monstrare, qva ipsi postea porro eniti possetis.

Nunc, si placet, de formis parumper videamus. Ex collatis latinis cum græcis declinationibus intellexistis, qvantum alteræ alteris lucis affun-dant, et, si formam Dualem excipias, qva caret sermo Latinorum, qvæqve, ut terminatio indicat, ex lingva Hebraica petenda est, ~~grammaticæ~~ cohærent. In his vero nulla neutrius lingvæ cum vernacula similitudo obtinet: at tanto fortasfe major in conjugationibus, et qvidem in forma illa, qvæ Media vulgo in Grammaticis audit.

Media illa dicta est, qvia qvoad significationem ei impressam, Activam inter et Pasivam formam jacet. Primitus qvidem, ut ex variorum temporum exitu liqvet, pasiva omnino fuit, extenso autem postea usu, sensum amplio-rem nacta est, idque iis præsertim locis, ubi qvod qvis pasfus fuisset ipse sibi qvodammodo contraxerat, adeo ut subjectum idem et objectum (qvod dicunt Grammatici) simul esset. Succesu deinde temporis a potentia illa reflexiva et

reciproca (qvam qvoqve assumserat) recessit, et in qvibusdam haud raro remansit, ubi talis nulla verbis vis inest; qvæ qvorumqve usum exercitatio sola docere valet. Sed de his Grammaticographos græcos adeundum est. Hoc loco satis erit monere, formam istam rei et lingvarum naturæ esse convenientissimam; cum persæpe usu eveniat, ut sive unus, sive plures aliquid struant, sentiant, subeant, patientur, sui modo ipsius causa, et nihil nisi se singulatim aut invicem inter machinandum vel patiendum spectantes. Ista itaqve (reflexivam nuper et reciprocum ex usuloqvendi nominavimus) agendi ratio ad passivam potius qvam activam formam pertinere videtur, imprimis cum in universum extra se nihil ita molientibus vel patientibus objectum, qvod propriæ dicuntur, adsit. Qvare etiam in lingvis, qvæ singulari terminazione Pasivi gaudent, (id autem in Europæas plerasqve hodiernas non cadit) et nullam habent formam Hitpaelicam, illa qvoqve ad hoc exprimendum adhibetur. Qvod in vernacula iis etiam verbis evenit, qvæ in Activo omnino sunt intransitiva, qvandocunqve de contentione vel æmulatione aliqua inter plures agendi, sermo est, v. c. at lœbes, rendes, gantes, kappes. Ceterum pauca per se casum aliquem regunt, ut: mindes; pleraqve, adjecta demum præpositione, transitivam quasi vim adipiscuntur, ut: at ynkes, harmes, vredes, væmmes, blues, tumles, skammes, frydes, lystes, lîves, forefkes &c. Reliqva partim intransitiva sunt, ut: færdes, trives, cldes, ræffes, storknes etc. partim reflexiva, ut: jeg skal forsynes, vadfkes, rages, Elædes paa etc. longe vero plurima reciproca, ut: at sees, tales, brydes, baxes, stodes, skiftes, nappes, slæes, sjendes, bides, omgaaes, msdes, traesses, giftes, maales, hugges, prøves, rykkes, riñkes, gjækkes, parres, traekkes, spændes, forliges cetqve.

Commode igitur satis verti posse videntur: λυπεῖσθαι harmes, ποθεῖσθαι længes, ὄργιζεσθαι vredes, αἰδεῖσθαι blues, αἰσχύνεσθαι skammes, μάχεσθαι ſtrides, πορίζεσθαι forsynes, πειρᾶσθαι prøves, ὀθίζεσθαι ſtodes, ἀγάζεσθαι forbaues, ἥδεσθαι frydes, διαλοιδορεῖσθαι ſjendes, γαμεῖσθαι giftes, ἀναιματὶ διακρίνεσθαι ſilles ad uden Blod, μνᾶσθαι mindes, διαλέγεσθαι tales, μεταφρασόμεθα ἄντις vi ſkulle ſiden ſnakkſ ved, ſællæſtai færdes, φοβεῖſtai ræffes, διαλύεſtai forſones, ἐρᾶſtai forefkes &c. Cumqve iter, qvod longum est per præcepta, brevius fiat

per exempla, natura formæ Mediæ sic facilime explicari posse videtur. Qvæ cum ita sint, nobis qvoqve propriæ qvædam Græcis loqvendi formulæ, lingvis aliis, forma qvippe Media destitutis, minus familiares, ad intelligendum promptiores erunt, ex. gr. ἐγώ κομιζομαι ἐπισολήν jeg bringes et Brev, τον ἄρτον εὐχειρῶν ἀρπάζομαι jeg rives Brødet af Hænderne cetqve.

Et qvid si eadem in formis etiam latinis interpretandis ingrediamur viam, si apud Cic. Off. I. cap. 9 impediuntur, cap. 17 concluditur, cap. 37 delectamur, II. cap. 6 ducuntur, cap. 11 movetur, cap. 12 propagatur, cap. 13 exercentur, cap. 21 congregabuntur, III. cap. 3 delectentur; si apud Hor. Epist. 1, 18, v. 61 partitur. II, 2, v. 74 luctantur, v. 86 digner, v. 97 cædimur, v. 125 movetur. Epist. ad Pis. v. 87 salutor, v. 302 pingor; si apud Ovid. Met. 11, 425 induitur; si apud Virgil: Æneid. 1, 570 volvitur, 11, 227 teguntur, VI. 184 accingitur. VII. 163 exercentur, 802 condituri, XII. 336 aguntur; si, inqyam, in his locis sensum Medium amplectamur, verendumne eo putatis, ne a vero nimis aberremus? Mihi certe vero videtur simillimum, Deponentia sic dicta hoc modo exstisfe, nec simplicius facile loca ut Ovidianum illud: induitur faciem cultumqve Dianæ, et Horatianum: partitur lintres exercitus, explanare licet. Recepta autem in latinam qvoqve Grammaticam tali forma Media, non opus eset, ex uno eodemqve verbo, qvod nunc in Lexicis vulgo fit, duo facere, ut: partio et partior, verso et versor cetqve.

Sed jam tempus est, ut finem his imponamus, vos rem abhinc ipsi altius perseqvimini; et qvamvis levia hæc fuerint, non inanem omnino mili videbor sumsisfe operam, si et his qvoqve facem vobis prætendere mili contigerit. Scilicet scrutanti attenteqve legenti homini nihil tam prima specie leve est, qvod non largam cogitandi, discendi et nova enucleandi materiam suppeditare posfit. Et qvid omnino jucundius, qvam cum nomine rei, causam simul, qvoad fieri potest, denominationis cognoscere, qvam aliena cum suis conferre, et similitudines istas ad internum vocabulorum sensum pertinentes, sive ipsi menti creatrici, sive imitationi seniori debeantur, indagare? Initio nempe nullas fere res alias, nisi qvæ sub sensus caderent, homo novit, nullisqve igitur aliis nomen adhuc dederat; ut vero profluente tempore altiora sapere et fari adeo coepit, alias partim voces reperire, alias componendo detrahendove

formare, aliis novam plane vim addere, alias denique aut strictius sumere, aut ad plura transferre, mater eum natura et magistra artium necesitas docuit. Qvod qvomodo fecerit, qvam scite, qvam apte, qvam fortuito saepe, qvam in variis locis varie, non poenitebit inqvirere et informari. Ut enim qvisque hoc maxime asfecutus fuerit, ita optime, vera vocum significatione perspecta, subtilitatem, perspicuitatem atque elegantiam dictorum intelliget, ita rectissime de genio cujuscunqve populi et temporis judicabit.

Sed præcidam, neque hæc ipsa monuissem, cum mox vos talia omnia plenius et melius edoctum iri scirem, nisi voluissem, ut documento constaret, qvanto vos amore proseqvar et qvalem de vobis spem foveam, nullus dubitans, qvin qvæ hic incoaveritis, et ibi qvoque magis in dies magisqve profili-gare velitis. Idqve eo magis, qvia omnium in vos oculi-conversi sunt, De vobis omen accipient, de cognitione enim, diligentia, moribus, qvos vobis-cum in Academiam hinc attuleritis, et de ea, qvam in posterum ingrediemini, via, tam urbs nostra, qvam ipsa universitas colliget, qvænam sit hæc schola, et qvales inde in posterum fructus sperandum. Neqve tamen hoc ita accep-tum volo, quasi consilium esfet, inanis gloriolæ studium in vobis excitare. Non ita. Ad meliora longe et graviora, ad perfectam videlicet virtutem, ac solidam de deo et rebus divinis cognitionem consequendam, necesariam ean-demqve gratissimam præcursionem literæ adhibent, æternaqve hæc sunt et hominis præstantia digna, nec auro illa nec honoribus venalia. Nolimus ita-qve in curriculo ipsius metæ obliisci. Imo cohortemur nos invicem, exem-plisqve præeamus, ne unqvam defatigemur; ὅσα ἐσὶν ἀλιθῆ, ὅσα σεμνὰ, ὅσα δίκαια, ὅσα ἀγνὰ, ὅσα προσφιλῆ, ὅσα εὐφημα, εἰ τις ἀρετὴ, καὶ εἰ τις ἔπαινος, ταῦτα λογισοίμεθα. Et summus ille rerum moderator, qui operi cuiqve pul-cerrimo difficultatem præposuit, vota nostra exaudiat, et conaminibus nostris exoptatum prosperet exitum. Vos vero, juvenes dilectissimi, et scholæ et nobis fausta omnia usqve imprecamini. Hæc habui, qvæ vobis scriberem, hæc, qvibus me gratiae et caritati vestræ commendatum semper vellem. Valete!

---

# T a b u l a

dies sistens, qvibus in Clasibus singulis, de singulis disciplinis instituetur examen.

Dies Lunæ.	Dies Martis.	Dies Mercurii.	Dies Jovis.	Dies Veneris.	Dies Saturni.
I Clasfis.	I Clasfis.	II Clasfis.	III Clasfis.	III Clasfis.	III Clasfis.
Latina	Germanica	Religio	Latina	Religio	Hebræa
Græca	II Clasfis	Germanica	Græca	Germanica	Historica
Historica	Latina	Historica	Anglica	Danica	Geographica
Geographica	Græca	Geographica	Gallica	Mathesis	
Religio	Gallica				

Ceterum, ut huic Examini frequentes interesse velint, qvibus res nostræ et bonæ omnino artes curæ cordiqve sunt, officiosissime rogantur.